

## COMPITO DI LATINO 3C/1

### Cicerone

1a. traduci il brano:

Patere tua consilia non sentis, constrictam iam horum omnium scientia teneri coniurationem tuam non vides? Quid proxima, quid superiore nocte egeris, ubi fueris, quos convocaveris, quid consilii ceperis, quem nostrum ignorare arbitraris? O tempora, o mores! Senatus haec intellegit. Consul videt; hic tamen vivit. Vivit? immo vero etiam in senatum venit, fit publici consilii particeps, notat et designat oculis ad caedem unum quemque nostrum.

1b. In quale occasione è stato pronunciato questo discorso?

2. Come si colloca Cicerone nella polemica tra asianesimo e atticismo?

3. Chi sono i protagonisti del dialogo nel *De oratore*? In chi si identifica Cicerone e perché?

## COMPITO DI LATINO 3C/2

### Cicerone

1. traduci il brano:

[Decrevit quondam senatus, ut L. Opimius consul videret, ne quid res publica detrimenti caperet; nox nulla intercessit; interfectus est propter quasdam seditionum suspiciones C. Gracchus, clarissimo patre, avo, maioribus, occisus est cum liberis M. Fulvius consularis. Simili senatus consulto C. Mario et L. Valerio consulibus est permessa res publica; num unum diem postea L. Saturninum tribunum pl. et C. Servilium praetorem mors ac rei publicae poena remorata est?

1b. In quale occasione è stato pronunciato questo discorso?

2. A chi sono indirizzate le orazioni cosiddette *Filippiche*? In quali occasione sono state composte e pronunciate?

3. Perché Cicerone ritiene ideale la Costituzione della Roma repubblicana?

## COMPITO DI LATINO 3C/3

### Cicerone

1a. traduci il brano:

An vero vir amplissimus, P. Scipio, pontifex maximus, Ti. Gracchum mediocriter labefactantem statum rei publicae privatus interfecit; Catilinam orbem terrae caede atque incendiis vastare cupientem nos consules perferemus? Nam illa nimis antiqua praetereo, quod C. Servilius Ahala Sp. Maelium novis rebus studentem manu sua occidit. Fuit, fuit ista quondam in hac re publica virtus, ut viri fortes acrioribus suppliciis civem perniciosum quam acerbissimum hostem coercerent.

1b. In quale occasione è stato pronunciato questo discorso?

2. Quali eventi politici influenzano la carriera di Cicerone?

3. Spiega brevemente il contenuto del *De oratore* con particolare riferimento alla figura dell'oratore ideale

## COMPITO DI LATINO 3C/4

### Cicerone

1a. traduci il brano:

At [vero] nos vicesimum iam diem patimur hebescere aciem horum auctoritatis. Habemus enim huiusce modi senatus consultum, quo ex senatus consulto confestim te interfectum esse, Catilina, convenit. Vivis, et vivis non ad deponendam, sed ad confirmandam audaciam. Cupio, patres conscripti, me esse clementem, cupio in tantis rei publicae periculis me non dissolutum videri, sed iam me ipse inertiae nequitiaeque condemno.

1b. In quale occasione è stato pronunciato questo discorso?

2. A quali finalità deve rispondere l'arte dell'oratore per Cicerone?

3. Chi sono i boni? Che ruolo hanno nell'ideologia di Cicerone?